

ETYMA GRAECA

ἀποσκαμυνθίζειν·

ἀπομυκτηρίζειν (= *turn up the nose at*: LSJ, *naso suspendere adunco*) radicem σκαμ- „flectere“ continet, quae eadem est ac *kam- „biegen, wölben“ (Pokorny 525 s. v. *kam-p-, ubi etiam formae *(s)kamb- mentionem facit). Igitur radix *(s)kam- est, -υνθ- suffixum ad exemplum adverbii μίνυνθα (v. Hofmann 202 s.) fictum esse videtur. A radice *skam- etiam σκαμμωνία „convolvulus scammonia“ (LSJ) nomen invenit, quae qualis sit, nomen latinum declarat. Denique a forma *skamb- glossa σκαμβηρίζοντες· δλισθαίνοντες pendet.

ἄρβάλη·

τήγανον ὀστράκινον. Ταραντῖνοι ex eadem stirpe ortum est atque ἄρβ-υλ-ίδα· λήκυθον. Λάκωνες. Quae stirpis graecae linguae aliena est, cum propter ἄρφ-υττον radix i. — e. *erebh- statuenda sit (v. hic supra 5, 1955, 231) et *cavum* vel *convexum* designet.

ἄρπεδών, ἄρπεδέης

Ἄρπεδών et ἄρπεδόνη *funem, filum* designant („Seil, Faden des leinenen Brustharnisches, Strick um Wildbret zu fangen, Bogensehne usw.“ Frisk) et ex eadem radice *uerp-/*uerp- orta sunt, quae in lit. *verp-iti, verp-ti* „spinnen“, *verp-alas* „Gespinst, Garn“, gr. ῥάβδος, lat. *verbera* (Walde-Hofmann II 756 s. v. *verbēna*) latet. Digamma in spiritum asperum ut in ἔδνον, ἔκων, ἀλίσκομαι, ἔραν (cf. Schwyzer I 227¹) abiit. -εδ-ον(α) suffixum est (Schwyzer I 529⁷).

Eodem voces ἄρπεδέης „eben, flach“; — ἄρπεδέεις „id.“; — ἔρπε-δό<ε>σσα· ἐπίπεδος; — ἄρπεδίσαι· ὁμαλίσαι, ἔδαφίσαι spectare videntur. Nam *filo* linea recta ducitur, *rectum* autem *planum* nonnumquam valet. Itaque Buck, *Synonyms* 895 s. v. *straight* ita dicit: „Some words for ‘equal, even’ are used also for ‘straight’ as well as ‘level, flat’.“ Cf. novogr. *ισιος* „straight, even, flat“, slov. *raven* „rectus, planus“, lat. *amussis* „das Lineal der Zimmerleute“ et *amussium* „eine wage-rechte, glattpolierte Scheibe . . .“ (Georges). Spiritus lenis (ἄρπ-, ἔρπ-) e dialectis psiloticis irrepere potuit. Vocalis autem ē- in stirpe ἔρπ- conspicua assimilationi tribuenda videtur: *ἄρπε->ἔρπε-, cf. ἔρετή< ἄρ-

ἀτύζεσθαι.

φοβεῖσθαι. ταρασσεσθαι, si linguam graecam ipsam respicimus, proximum est verbo ἀταλιζομαι· πλανῶμαι. Σικελοί. Nam ἀττ- ex *ατF- ortum esse potest. Sensus autem idem sunt atque in ἀλάομαι „schweife umher, irre“ et ἀλώω „bin verwirrt“ (cf. Walde-Hofmann I 417 s. v. *errō*).

βέρκιος.

ἔλαφος, ὑπὸ Λακόνων neque cum glossa βείριξ· ἔλαφος neque cum πόρκας· ἐλάφους coniungi potest, cum βείριξ a Fīro- „celer“ (cf. Latte in nota) profectum, πορκ- ad περκνός (Hofmann s. v.) referendum sit. At βέρκιος, cum a Hesychio Laconibus tribuatur, e numero earum vocum est, quae β- e *bh- ortum exhibent. Quam ob rem, ut ἔλαφος, πρόξ a colore appellati sunt, ita βέρκιος a radice *bher- „glänzend, hellbraun“ (sic!) (Pokorny 136 s.) derivatum videtur. Quae radix etiam sub forma *bherāk- (Pokorny 141) occurrit, ut φορκόν· λευκόν, πολιόν . . . demonstrat. Igitur βέρκιος proxime a φορκόν abest.

βρυγκός.

ἄφωνος. νεκρός a βροῦνος· ἐνεὸς ἢ μαινόμενος pendet. Utrumque a radice quadam onomatopoeica *b(h)ren-, quae radici *b(h)rem- (Pokorny 142 s.) proxima est, provenit. Quae etiam in verbo slov. *brneti* „schwirren, summen, schnurren“ latet. Nec βρυγκός· βρόχος, siquidem cum Guieto interpretamentum βρόγγχος legendum est, nec βράγγχος, βραγγάω aliena sunt.

Βρυσιαί.

κρημνοί. καὶ πόλις κρημνώδης (B 583), oppidum prope Spartam situm, si in nomine β- pro φ- habet, quod saepe in nominibus Laconiae fieri notum est, ope radice *bhrēu-*/bhrū- „Kante, scharfer Rand“ (Pokorny 170) appellatum est. -υ- longum est.

βύθαν.

τὸν ψᾶρα vox onomatopoeica est, cum sturnus loqui conetur, cf. βάρβαρος, βωβός (Frisk s. vv.).

λαίλας.

ὁ τύραννος, ὑπὸ Λυδῶν etiam Cyrillus et Suidas interpretantur: ὁ μὴ ἐκ γένους τύραννος („qui non est genere tyrannus“). Quodsi nomen lydium declinationi graecae accommodatum est, stirps forsitan λαιλαντ- sit et cum nomine proprio graeco Λήλαντος coniungenda sit. Sed vis nominis graeci ignota est, fieri tamen potest, ut ea voce *rex* accipiatur,

cum Hesychius hanc glossam tradiderit: *Ληλάντου πεδίον τῆς Εὐβοίας, ὠνομασμένον ἀπὸ Ληλάντου βασιλέως*(!). Quod ad *Lelanti*, fluminis Euboeae, nomen attinet, id prorsus incertum est, cum Baumeister apud Bursian, *Geographie von Griechenland* II 401, n. 3 s., *Κόσκυνθος* legendum censuerit. At *Λήλαντος* etiam unus ex Titanibus appellatur apud Nonn. 48, 247 al. In Titanem vero nomen regis bene quadrat, cum regnum Iovis appetiverint. Minoris tamen refert Euboeam *Τιτανίδα* appellatam esse, quod Hes. s. v. tradidit, cum idem de Attica dicat s. v. *Τιτανίς γῆ*. Nec certum est nomen Titanum vocibus *τίταξ* . . . *δυνάστης*. οἱ δὲ βασιλεῦς et *τιτῆναι* βασιλίδες . . ., quod Chantraine in BSC s. v. *Τιτάν* suspicatur, propinquum esse.

Sed diphthongus (λ)αι- et vocalis (λ)η- non quadrant. At eadem alternatio in dor. *σκανά* et etr. *scaina* > lat. *scaena* vel gr. *Γαλήνη* et etr. *calaina* (Walde-Hofmann s. v. *scaena*) occurrit. Etrusci autem ex Asia venisse traduntur.

μόροχθος, μόροξος

„Ton zum Bleichen der Kleider“ quominus e radice **mer-*, „flimmern, funkeln“ (Pokorny 733) derivatum sit, nihil obstat. Etenim etiam *ἀμαρυγή*, *μαρμαρυγή* in -γ- desinunt, -θος autem suffixum nequaquam rarum est, cf. Schwyzer I 510⁷ s., qui voces ut *μόχθος* (:μόγος), *βρόχθος* (:βρόγγχος) etc. adducit. -σος vero in *εὐεξος*, *εὐφυής* (:ξγω), *κόραξος* (:κόρακ-) al. occurrit, cf. op. c. 516⁶.

Μυκήνη, Μυκῆναι

Mycenae in colle *μυκῶ* Ἄργεος sitae sunt, quamobrem vis *promunturii*, de qua Curtius, *Griech. Etym.*⁴ 161 refert, minime in eas quadrat, sed verisimilius videtur eas ut Myconum insulam (PWRE XVI 1031, 16 ss.), Mycalen, Mycalessum nomen a situ edito accepisse, nam *μύκων* σωρός, θήμων est. Cum vero voces a **muk-* incipientes vetustissimis incolis Europae tribuantur (Pokorny 752), monendum est Mycenae a Graecis conditas esse, cf. Kirsten-Kraiker, *Griechenlandkunde*² (Heidelberg 1956), 249: „Zu Anfang des 2. Jahrtausends sind dann aus dem Norden griechische Stämme eingewandert, Ioner und Achäer . . . Von ihnen ist die Siedlung Mykene angelegt worden.“ At Tiryns vetustior est (ibid.).

Radix **muk-* etiam in *ἀ-μύκ-αρις*, *πλήθος* . . . invenitur, cf. hic 2 (1952), 66 et 75.

σκινδαψός, ἀσκάντης, σκάνδιξ

Hofmann 319 vocem *σκινδαψός* ita interpretatur: „Saiteninstrument mit dornenartigen Anhängseln; dornenartige Pflanze“ (v. Glotta 21, 1933, 181). Quae vox propter vim *spinae* his propinqua videtur: *σχινδ-αλμός*, *σκινδ-αλμός*, „Holzsplitter“, *ἀνα-σχινδ-υλεῖω* „spieße auf“ (Pokorny 920). Hesychius etiam formam *κινδ-αψοί* . . . ὄργων

κιθαριστήρια . . . σ- initiali detracto, cum R. *skēi- etiam sine s- sono occurrat, novit. Ad quas fides etiam verba ἐκίνδαψεν· ἐψήλην et ἐκινδάψασ(κ)εν· ὑπέψηλην, ἀπὸ κινδαψοῦ, ὅπερ ἐστὶν ὄργανον κιθαριστήριον ποιόν, κινδαψός referuntur. A stirpe vero σκινδ- profectae sunt voces σκινδ-αρ-εὔεσθαι· κακοσχολεῦεσθαι, δακτυλίζεσθαι, σκιμαλίζεσθαι; — σκινδ-αρ-ίσαι· τὰ αὐτά; — σκίνδαρος· ἡ ἐπανάστασις νυκτὸς ἀφροδισίων ἕνεκα. Forsitan huc redeant σκινδάρ(ε)ιος· ὄρχησις οὕτω καλουμένη et σκίνδαροι· τὰ προσκυνήματα, sed praeter formam vocum nihil scimus.

Pokorny vero p. 920 radicem *skēi- etiam -d- et -t- formantibus augeri docet. Igitur praeter σκι-ν-δ- etiam formam expressivam, quae dicitur, -t- in -th- mutato σκι-ν-θ- agnoscemus, quae est in glossa σκινθίζεται· λακτίζεται et σκινθαρίζειν, ἔνιοι σκα(νθα)ρίζειν· τὸ γὰρ τῷ μέσῳ δακτύλῳ τὴν μυκτῆρα παίζειν δηλοῦ, ὡς Δίδυμος. Forma autem σκινθαρίζειν e radice *skēi- forma *skθ- derivata est, quae in verbo σχάζω < *skhadjō Hofmannii sententia (p. 347 s. v. σχάω) occurrit. Quae etiam in his vocibus perspicua est: ἀσκάντης et σκάνδιξ.

ἀσκάντης· κράββατος gASn κλινίδιον εὐτελής; — ἀκχάνθαρ· κράββατος. Λάκωνες; — σκάνθαν· κράββατον huc referuntur, si lectus ab eo appellatus est, quod antiquitus in pellibus ferinis cubabant, cf. radice *sek- „schneiden“ formam *(s)ken-d- „abspalten; abgespaltene Haut.“ (Pokorny 929), ex qua σκόνδ-ρον· δρυπτόν . . . profectum est. Vox autem ἀ-σκάντης e *skθ-n-t-, ἀ-κχάνθαρ et σκάνθαν e *skhθ-n-th- ortae sunt.

Σκάνδιξ vero „Scandix Pecten Veneris“ (LSJ) in opere, quod est „Der große Brockhaus“ 13 (1932), 142 s. v. *Nadelkerbel*, sic describitur: „*Scandix pecten Veneris* (Venuskamm . . . Ackerstrehl, Hirtennadel) . . . mit . . . sehr langgeschnäbelten Früchten, die kammzahnähnlich beieinanderstehen.“ Itaque nominibus ipsis germanicis (*Nadel-, -strehl*) stirpe σκινδ- *acutum* aliquod significari monstratur. Ceterum etiam ἀνθρ-ισκος „der gemeine Kerbel“ nomen a fructibus *acutis* invenit (Pokorny 41). Sed e specie foliorum appellatum videtur χαιρέφυλλον, cuius nomen solum latine sub forma *chaerephylon* (LSJ), vulgo *caerrefolium* traditum est. „Brockhaus“ enim vol. 10 (1931), 93 s. v. *Kerbel de Anthrisco Cerefolio* ita docet: „Seine Blätter sind dreifach gefiedert“, quod etiam ex tabula apposita clare perspicuum est. Igitur folium formam *cuspidis* habet et χαιρε- e *gherjō- ortum putabimus, quod in voce χαιράς „hervorstehend, hervorragend“ apparet. Forma eiusdem radice *gher- in vocabulo χάρ-μη „obere Lanzenspitze“ est (Hofmann 413 s. v.). Vocalis vero (χαιρ)ε- cum -ε- in voce Ἀγαθε-στράτη (v. Schwyzer I 438^a) obvio comparari potest.

σμάρδικον·

στρουθίον, cum passer antiquis salax visus sit (cf. στρουθός· ὁ καταφερής καὶ λάγνος . . .), ad σμορδοῦν συνουσιάζειν; — σμόρδωνες· ὑποκοριστικῶς ἀπὸ τῶν μορίων· ὡς πύσθωνες pertinet. Quibus de vocibus cf. Walde-Hofmann s. v. *merda* II 74 s.

τῆ βεννος·

εἶδος περιβολαίου παρὰ Ῥωμαίοις et τῆβεννα et τημενίς quin originis alienae sint, dubium non est. Sed etiam voces, quae sequuntur, propinquae videntur: συβήνη· αὐλοθήκη ἢ τοξοθήκη. ἢ ὁ ναυτικὸς χιτῶν et σεβέννιον. τὸ ἐπ' ἄκρῳ τῷ φοίνικι φλοιῶδες γινόμενον. Nam et χιτῶν et φλοιός „περιβόλαια“ sunt. Itaque quamquam toga ab Etruscis sumpta est et eodem suffixum -εννος spectat, tamen propter mentionem palmae vox ex Oriente vel Aegypto advecta videtur, cf. δάκτυλος „Dattel“ apud Frisk, s. v., p. 345.

Ljubljana.

M. Grošelj.